

ducia; succedebat de jure prætorio: postea verò decisum fuit, quòd semper conseretur emancipata contracta fiducia: textus est in leg. 2. §. Objicitur. ff. Ad Tertillian. text. in leg. Si ad patrem. ff. de Suis, & legit. hæred. text. in leg. 2. Cod. Ad Tertillian. text. in l. Si ab eo. Cod. de Legitim. hæredib. text. in leg. fin. Cod. de Emancip. liber. text. in leg. 4. Cod. de Legitim. tutel. text. in §. Præferuntur. Instit. Ad Tertillian. text. in §. fin. Instit. de Legitim. agnat. succes. Si ergo solus pater succedit, nec concurrat cum eo alia persona, sequitur quòd non reperitur cui debeat conferre. Neque obstat, quòd hodiè de jure novo Codic. & Authenticor. ascendentes succedunt descendenti- bus jure hæreditario; sicut è contra descendentes succedunt ascendenti- bus, & pariter vocantur pater & mater; & post eos alii ascendentes qui sunt in pari gradu: text. est in leg. 3. Cod. de Bonis quæ liber. text. in leg. fin. Cod. Comm. de Success. text. in leg. fin. Cod. Ad Tertillian. text. in Authentic. Defuncto. eod. tit. text. in Authentic. In successione. Cod. de Suis & legit. liber. text. in Authentic. de Hæredib. ab intest. venient. cap. Si igitur defunctus. collat. 9. & idem expressè disponit lex 4. tit. 13. 6. part. & clarius & expressius lex 6. supra, his legibus Taur. quæ formaliter & genericè vult, quòd ascendentes sint legitimi hæredes descendenti- um ex testamento, & ab intestato, servata gradus prærogativa, sicut è contra. Quia respondeo, quòd est verum & procedit respectu ipsius successionis & hæreditatis, ordinis, & gradus: non verò quoad qualitatem succedendi; quia inter eos non habet locum collatio, sicut nec de jure antiquo, licèt inter descendentes benè habeat locum. Confirmatur, quia etiam hodiè stante isto jure novo, & lege 6. Taur. inter ascendentes non habet locum transmissio, nec repræsentatio, nec aliæ qualitates quæ dantur in descendenti- bus, ut dixi in dict. leg. 6. Taur. & latius in materia Successionis.

Tertio pro hac sententia & conclusione facit mea nova & subtilis ratio: quia quando pater vel ascendens donat vel tradit aliquid filio vel descendenti, tam ipse quam lex præsumit quòd filius vel descendens naturaliter debet supervivere; imo hoc est votum & propositum parentum: & per consequens videtur dare vel solvere animo compensandi cum Legitima quam ei debet in suis bonis, & non est intentio patris liberè & absolutè donare. Et confirmatur, quia quando alia præsumptio potest colligi, non est præsumenda donatio, ut in l. Cum de debito. ff. de Probationib. cum similib. Unde meritò filius vel descendens tenetur conferre. Sed quando filius vel descendens aliquid

donat vel tradit patri vel ascendenti, non præsumit ipse nec lex quòd filius donator præsumatur; & ideo non videtur sibi dare vel tradere animo compensandi cum Legitima, quam non præsumit sibi obvenire: Unde meritò non habet locum collatio; argumento text. in leg. Scripto. versic. fin. ff. Unde liberi. Cujus verba sunt: Non sic parentibus liberorum, ut liberis debetur hæreditas; cum parentes ad bona liberorum ratio miserationis admittat, liberos naturæ simul & parentum commune votum. text. in leg. Cum ratio. ff. de Bonis damnator. text. in leg. Nam & si parentibus. ff. de Inoffic. testam. text. in leg. Liberos. ff. de Verbor. signific. Et in expressò istam sententiam & conclusionem, licèt certè non sic fundatam nec declaratam, tenet Petr. de Bellapert. in Authent. Ex testamento. Cod. de Collat. pen. column. in fin. Cin. in leg. Si emancipati. eod. tit. fin. column. & ibi Bald. 3. column. num. 3. Paul. 2. column. num. 2. Alex. 2. column. num. 5. Jas. 5. column. num. 27. Philipp. Dec. 5. column. n. 8. Curt. 6. column. numer. 27. Roman. 2. column. Lancel. 2. col. Bald. in leg. Quoniam novella. Cod. de Inoffic. testam. 1. col. & sentit Bart. in leg. Pater filium. ff. de Collat. dot. fin. col. versic. ultim. num. 8. & ibi dicit, quòd solum inter descendentes habet locum collatio, & non inter alios: Vitalis in suo tract. de Collationib. 2. questione.

Decimoquarto infero, quòd inter consanguineos collaterales non habet locum collatio: ita apertè probatur ex superioribus, & in expressò ita determinat Glos. singularis & ordinaria in leg. 1. Cod. de Legit. hæred. in glossa fin. & ibi notant & commendant Bald. Ang. Fulg. Corn. & Joan. Faber in Brev. & illam Glossam reputat singularem Alb. in rubric. ff. de Collat. honor. 2. col. in m. d. reputat etiam singularem Jas. in leg. Si emancipati. Cod. de Collationib. 5. col. num. 27. & ibi tenet Cin. fin. col. pen. quæst. Bald. 3. col. num. 3. Paul. 2. col. num. 2. Roman. 2. col. num. 6. Fulg. fin. col. Alexand. 2. col. num. 4. Philipp. Dec. 5. column. num. 7. & communiter alii DD. Bart. in dict. leg. Pater filium. fin. col. vers. ultim. num. 8.

Decimoquinto infero, quòd inter extraneos succedentes ex testamento non habet locum collatio, per prædictam regulam, jura, & rationes inconvenientes, & similiter inter filios & extraneos simul in testamento institutos cessat collatio: Ita in expressò tenet Glossa ordinaria in dict. leg. Si emancipati. Cod. de Collat. in glossa 1. & ibi Bart. fin. col. num. 10. Alb. 1. col. Bald. 3. col. num. 3. Ang. 2. col. Roman. 2. column. num. 5. Fulg. fin. col. Alex. 2. col. in med. Paul. 2. col. num. 2. Jas. 5. col. num. 25. Curt. 9. column. Curt. 5. column. num. 24. Philipp. Dec.

4. col. numer. 7. Glossa in leg. fin. Cod. Comm. utriusque judic. in verb. Omnimodo juncto textu & ibi communiter DD. Glossa in Authentic. de Trient. & semis. cap. Illud quod. verb. Omnino. Collation. 3. & ibi Bart. & DD. idem etiam tenet Bart. in leg. Pater filium. ff. de Collat. dotis. fin. column. 5. quæst.

10. Quoad quartam: scilicèt, quæ bona sint conferenda? Dico, proponendo regulam & conclusionem generalem, quòd illa tantum bona conferuntur, quæ sunt præventa filio vel descendenti è substantia ejus ascendentis de cujus successione tractatur, non verò de alia: Et in expressò istam regulam & conclusionem ponit textus in leg. Quoniam novella. Cod. de Inoffic. testam. in fin. ibi: Si ex substantia ejus profecta sit, de cujus hæreditate agitur. & ibi communiter DD. text. in leg. Ut liberis. versic. Ut in dividendis. Cod. de Collation. Cujus verba sunt: Ut in dividendis rebus ab intestato defuncti parentis, cujus de hæreditate agitur, eadem dos, vel ante nuptias donatio ex substantia ejus profecta conferatur. ibi communiter DD. (c)

Ex quo primò inferitur, quòd bona castrensia, vel quasi, quæ filius acquirit in castris, vel ex aliquo officio aut salario publico, vel ex largitione & beneficio Principis, cum reputetur castrense, vel quasi, non conferuntur: text. est in leg. 1. §. Nec castrense. ff. de Collation. honor. textus in leg. Filia licet. Cod. de Collat. text. in leg. fin. Cod. de Inoffic. testamenti. text. in leg. Cum multa. Codic. de Bonis quæ liberis. Ex quo subinferitur, quòd illud, quòd pater vel ascendens dedit vel donavit filio eunti ad castra, vel in servitium & Palacium Regis, non conferitur, cum reputetur castrense peculium: & in terminis ita probat text. in leg. Castrense peculium. ff. de Castrens. pecul. & tenet Bart. in leg. 1. §. Nec castrense. ff. de Collation. bon. 2. column.

Secundò inferitur, & magis genericè, quòd bona adventitia, quæ filius ex proprio labore vel industria, vel ex alia qualibet persona acquirit, non conferuntur, quia non processerunt ex substantia ejus de cujus successione tractatur: text. est formalis & expressus in leg. fin. Cod. de Collationib. Cujus verba sunt: Ut enim castrense peculium in commune conferre in hæreditate dividenda ex præsci juris auctoritate minimè cogebantur: ita & aliæ res, quæ minimè parentibus acquiruntur, proprias liberis manere sensimus. & ibi communiter DD.

Superest igitur ut sola bona profectitia

conferantur, quæ proveniunt ex propria substantia ejus de cujus successione tractatur, & ex ista ratione dicuntur in hac materia profectitia, sive proveniant à patre vel ejus linea, sive à matre vel ejus linea, ut in dict. leg. Quoniam novella. Cod. de Inoffic. testamenti. & in dict. leg. Ut liberis. de Collationib.

11. Sed quia non omnia bona profectitia, quæ proveniunt ex persona & substantia ejus de cujus successione tractatur, conferuntur; idè adhuc oportet insistere & cognoscere, quæ bona profectitia conferantur? Unde dico, quòd sit secunda regula & conclusio: Quòd omnia illa conferuntur, quæ in Legitimam computantur: text. est in leg. Illud. Cod. de Collationib. Quod declaro sic: Nam de jure antiquo filius exheredatus, vel pro exheredato habitus, cui minus Legitima in testamento erat relictum, agebat querela inofficiosi: textus est in leg. Cum queritur. Codic. de Inoffic. testam. cum similibus. Hodie tamen de jure novo est inventum & decisum, quòd si in testamento patris vel matris aliquid sit relictum filio, non possit rumpere vel annullare testamentum per querelam, vel contra tabulas, vel aliud juris remedium, sed debet agere ad supplementum contra hæredes scriptos, ut sibi suppleatur integra Legitima, ac si in ea esset institutus: text. est in leg. Omnimodo. Cod. de Inoffic. testam. & ibi communiter DD. & tunc tenetur filius in prædicta legitima computare illa bona, quæ habuit in vita à patre vel matre de cujus successione tractatur, ut sibi non fiat aliud supplementum: modò (dicit prædicta regula,) quòd omnia illa, quæ computantur filio in Legitima factò testamento, ut excludatur à querela, vel à jure agendi ad supplementum, teneatur conferre si succedat ab intestato, vel ex testamento, quando simpliciter fuit institutus; nisi in casibus, in quibus in contrarium reperitur decisum. Et iste est verus sensus & declaratio ad dict. regulam.

Pulchrum tamen dubium est, si pater vel mater instituat filium simpliciter in Legitima, an teneatur conferre ea quæ ab eis recepit in vita, quæ aliàs de sui natura sunt conferenda? Et videtur quòd non, quia pater vel mater videtur ei relinquere integram Legitimam, sine eo quòd teneatur aliquid conferre. Sed contrarium est dicendum; imò quòd etiam hoc casu teneatur conferre, ita tenet singulariter & originaliter Jacob. de Aretin. in leg. Si cum dotem, §. Si pater. ff. Solut. matrimon. & ibi Modern. Bald. in leg. Quoniam. in prioribus. Cod. de Inoff.

(c) Idem tenet Matienz. in leg. 3. tit. 8. lib. 5. glos. 1. num. 4. per leg. 5. tit. 15. part. 6.

ficios. testam. 2. column. num. 6. Paul. de Castr. ubi reputat singularem, in leg. Quoniam novella. eod. tit. 1. column. & ibi Salic. fin. column. & quæst. Jas. 2. column. num. 4.

12 Sed quia adhuc per istam regulam non perfecte cognoscimus particulariter & in specie, quæ sint illa bona profectitia quæ conferuntur? ideo condescendo ad aliam particularem & magis specificam regulam & doctrinam. Et dico sic: quod aliqua est donatio ob causam necessariam, utilem, vel piam; & filius vel descendens recipiens tenetur conferre, quia non videtur facta ex mera liberalitate, sed motus vel compulsus ex illa causa, & per consequens videtur facta animo compensandi. Alia verò est donatio pura, mera, & simplex, sine fomento alicujus causæ; & illa non conferitur, quia procedit ex mera & absoluta liberalitate, & non pendet ab aliqua alia causa, & per consequens non videtur facta animo compensandi: Et in expresso istam regulam & conclusionem probat text. in *Authentic. Ex testament. Cod. de Collation. Cujus verba sunt: Ex testamento & ab intestato cessat dotis & aliorum datorum collatio, ita demum si parens hoc designavit expressim: Ergo à contrario sensu, si parens nihil dixit, bene fit collatio dotis, & aliorum datorum: & in quantum dicit text. & aliorum datorum, debet intelligi, *similium dote*, scilicet ob causam; quia dicto *alius, alia, aliud*, est repetitiva similium, ut est Glossa juncto text. in leg. *Si fugitivi. Cod. de Servis fugitivis & libertis, & cat. in glossa final. & ibi communiter DD.* Ergo aperte colligitur ex illo textu prædicta mea regula & conclusio, quod donata ob causam conferuntur, & donationes simplices non. Comprobat etiam text. in leg. 1. ff. de *Donationib.* Cujus verba sunt: *Donationes quamplures sunt. Dat aliquis ea mente ut statim vellet accipientis fieri, nec ullo casu ad se reverti: & propter nullam aliam causam facit, quam ut liberalitatem & munificentiam exercent. Hæc propriè donatio appellatur.* text. in leg. *Cum multa. vers. fin. Cod. de Donat. ante nuptias.* Cujus verba sunt: *Sancimus itaque omnes licentiam habere donationes mulieribus dare propter dotis donationem: ut non simplices donationes intelligantur, sed propter nuptias factæ.* text. melior cæteris in leg. *Illud. in fin. Cod. de Collationib.* ubi habetur, quod donatio simplex non conferitur, nisi in duobus casibus, quos ibi ponit text. ergo donatio ob causam regulariter conferitur. Et in expresso istam regulam & conclusionem ponit Bald. in leg. *Omnimodo. §. Imputari. Cod. de Inoffic. testam. fin. col. num. 8. Jas. in leg. Quoniam novella. eod. tit. col. 1. num. 3. Carol. Ruin. in**

leg. In quartam. ff. Ad leg. Falcid. 12. col. num. 23. & ista est vera & concludens ratio, licet Petr. de Bellapert. in leg. Omnimodo. §. Imputari. fin. col. in fin. Cod. de Inoff. testam. dicat quod ratio est, quia prædictæ donationes ob causam communiter continent magnam quantitatem, & sic partem hæreditariam; donationes verò simplices regulariter continent modicam quantitatem, & non partem hæreditatis.

13 Ex quibus resolutivè primò infero in materia, quod dos data filia vel descendenti debet conferri, ut supra latè dictum est. Juxta quod tamen potest quæri, si res vel fundus fuit datus in dotem æstimatus ea æstimatione quæ facit emptionem, an debeat conferri ipsa res vel fundus, vel æstimatio? Et videtur quod res vel fundus prout extat tempore mortis, ut in leg. *Ea demum, & in leg. Illud. Cod. de Collationib.* Sed teneo contrarium; imò quod solum æstimatio, modò valor fundi creverit, modò non, quia illa tantum videtur data in dotem: argumento text. in leg. *Quotiens Cod. de Jure dot. cum materia, text. in leg. Æstimata. & in leg. Æstimatis. ff. Solut. matrim.*

Secundò infero, quod donatio propter nuptias vel ante nuptias, sponsalitia largitas, vel arrha, quam pater vel mater dederit pro filio vel descendente, debet conferri: quia censetur donatio facta ob causam matrimonii, sicut ipsa dos, text. est in leg. *Ut liberis. Cod. de Collationib.* text. in leg. *Illud. eod. tit. text. in leg. Illam. eod. tit. text. in Authent. Ex testament. eod. tit. text. in leg. Quoniam novella. Cod. de Inoffic. testam.*

14 Tertio infero, quod illud quod pater vel mater dederit pro filia vel descendente ingrediente Religionem, debet conferri: quia dicitur vera dos, & filia dicitur nupta Christo, & valet argumento de matrimonio carnali ad spirituale, ut in cap. 2. de *Translatione Episcop. & in cap. In presentia. de Probat. & in Authent. Nisi rogati. Cod. Ad Trebell. cum similib. & in expresso ita tenet Bart. in leg. 1. §. Si parens. ff. Si à parent. quis fuer. manumis. Bald. ubi valdè commendat, in leg. *Quoniam novell. Cod. de Inoffic. testam. fin. column. & quæst. Joan. de Imol. in leg. In quartam. ff. Ad leg. Falcid. ibi Paul. & Alex. 12. col. num. 24.* Confirmatur, quia sicut pater tenetur filiam dotare, ita etiam tenetur dotem sibi dare Religionem intrando: ita notabiliter tenet Bald. in leg. *fin. Cod. de Dotis promissione, & nuda polic. 3. col. num. 5. & ibi alii DD.* Item confirmatur, quia sicut bona subjecta restitutioni possunt alienari ex causa dotis, ita possunt alienari pro dote, vel assignatione, quam quis præstat vel promittit pro ingressu Religionis: ita*

ita singulariter Bartol. in *Authentic. Res quæ. Cod. Commun. de Legat. 2. column. & ibi Bald. & communiter DD.*

15 Quarto infero, quod si pater donat & tradit aliquas vestes & ornamenta sponsæ vel uxori filii secundum qualitatem & conditionem ejus, & secundum consuetudinem patriæ; cum talis donatio valeat, & censeatur ob causam matrimonii, & facta contemplatione filii, tanquam si ipse filius donaret, modò soluto matrimonio debeant redire ad filium, modò debeant remanere penes sponsam vel uxorem per osculum, vel copulam, vel mortis confirmationem, secundum ea quæ notantur in leg. *Sed si plures, §. In arrogato, ff. de Vulgar. & pupillar. & in leg. Cum plures, §. final. ff. de Administrat. tutor. & in leg. penult. §. Servis, ff. Solut. matrim. & in l. 53. infra his legib. Tauri.* quod tales vestes & ornamenta conferuntur ab ipso filio, cum ejus causa & utilitate sit facta donatio. Quod extendo, etiam si prædictæ res sint jam consumptæ, vel deterioratæ: quia conferitur æstimatio, quia videtur filius factus locupletior.

16 Quintò infero, & quæro, an sumptus & expensas, quas fecit pater tempore nuptiarum pro filio vel filia in convivio vel festivitate nuptiarum, teneatur filius vel filia conferre? Et videtur quod sic, quia sunt factæ ob causam matrimonii, sicut donationes præcedentes: Sed teneo contrarium, imò quod non tenetur conferre, quia illi sumptus & impensæ pertinent ad ipsum patrem & ejus honorem: argumento text. juncta Glossa ordinaria, & communi opinione, & in expresso ita Bart. in leg. 1. §. *Nec castrense, ff. de Collation. honor. 4. column. num. 9. Bald. in Authent. Ex testamento, Cod. eod. tit. penult. col. num. 12. Vital. Nemaus in tract. de Collationib. 22. quæst.*

16 Sextò infero, & quæro, an expensæ, quas pater vel mater fecit & expendit pro filio in studio, debeant conferri? Et videtur quod sic: Primò, quia est donatio ob causam, per quam pater vel mater moventur ad donandum; non verò est simplex ex mera liberalitate procedens: ergo debent conferri. Secundò, quia debitum ex causa dotis, & causa studii, æquiparantur, ut tenet & fundat Bart. in leg. 1. ff. *Solut. matrim. in final. verb. & ibi Bald. Angel. & communiter Moderni, præcipuè Jas. fin. column.* Ex quo inferitur, quod sicut valet donatio causa dotis, ita valet causa studii: ergo bene sequi-

tur, quod sicut una conferitur, conferatur alia. Sed his non obstantibus, contrarium est tenendum, imò quod prædictæ impensæ non conferuntur. Primò, quia sunt factæ pro alimentis; & alimenta non conferuntur, quia debentur filio ex necessitate, ut in leg. *Si quis à liberis, ff. de Liberis agnoscend. eum similib.* Item etiam quia reperiuntur consumptæ tempore mortis patris, & non dicuntur extare, & per consequens non possunt conferri: argumento text. in leg. *Ea demum, Cod. de Collationib.* Secundò, quia donatum vel acquisitum causa studii & litterarum censetur quasi castrense, ut in leg. *fin. Cod. de Inoffic. testam. & ibi Glossa ordinaria, & communis opinio:* Sed castrensis, vel quasi, non conferuntur, ut in leg. 1. §. *Nec castrense, ff. de Collation. honor. & in leg. fin. Cod. de Collat.* ergo nec ista. Et in expresso istam sententiam & conclusionem probat text. singularis in leg. *Quæ pater, ff. Fam. ercisc.* Cujus verba sunt: *Quæ pater filio emancipato studiorum causa peregrè agenti subministravit, si non credendi animo pater misisse fuerit comprobatus, sed pietate debita ductus, in rationem portionis, quæ ex defuncti bonis ad eundem filium pertinuit, computari æquitas non patitur.* Per quem ita tenet ibi Glossa ordinaria, Odofred. Bart. Alber. Bald. Flo. Fulgos. & communiter DD. Et licet loquatur de emancipato; tamen eadem ratione, vel majori, habet etiam locum in filio in potestate, & in eo qui nec est sui juris, nec emancipatus, ut filius vel descendens ex linea materna, secundum eosdem: & idem disponit *lex 5. tit. 15. 6. part.*

Quod tamen limita & intellige, præterquam si pater haberet apud se aliqua bona filii, consistentia in pecunia numerata ex castrensi peculio, vel quasi, vel adventitio; quia tunc de ea videtur mittere & erogare: argumento text. in leg. *Nesennius, ff. de Negot. gestis,* ubi habetur, quod si pater vel ascendens præstitit alimenta filio, vel descendenti, potest repetere, si habet apud se aliqua bona ejus. Probat etiam text. in leg. *fin. ff. de Petit. hered.* ubi habetur quod si pater fecit sumptus & impensas pro adipiscenda dignitate filii, potest repetere, si habet apud se hæreditatem pertinentem filio. (d)

Confirmatur etiam, quia cum pater sit legitimus administrator filii, in dubio videtur & præsumitur facere administratorio nomine, ut in leg. *Cum post. §. 1. ff. de Administr. Tutor. & in leg. Post mortem, ff. Quando ex factis Tutorum.*

(d) Hanc etiam sententiam tenet Gregor. in leg. 5. tit. 1. part. 6. verb. *En las dispensas.* Avendañ, in *Dictionar. verb. Castrense, in fin. Matienz. in leg. 3. tit. 8. lib. 5. gloss. 2. numer. 7.*

rum. Nec obstat textus in leg. fin. Cod. de Dotis promiss. ubi, quando pater dat vel promittit dotem filiae, intelligitur dare vel promittere de bonis propriis, licet habeat apud se bona adventitia filiae: Quia debet intelligi in dote, ad quam pater praecise & de necessitate tenebatur, & poterat cogi praestare, ut in leg. Qui liberos, alias 19. ff. de Ritu nuptiar. (e) secus vero in istis expensis factis in studio; quia ad eas pater non tenebatur, & ideo in dubio praesumuntur datae de bonis filii. Et si replices: Alimenta tenetur pater vel ascendens de necessitate praestare, ut in leg. Si quis a liberis, ff. de Liber. agnoscend. ergo licet habeat apud se bona filii, non deberet excusari: Respondeo, quod non tenetur quando filius habet de suo; ad dotem vero tenetur favore publico, ut inveniatur cui nubere possit. Et in expresso ita tenet & declarat Bart. in leg. 1. §. Nec castrense, ff. de Collat. bonor. 4. column. num. 8. idem Bart. in tract. de Duobus fratrib. 4. column. num. 17. Bald. in l. Omnimodo, §. Imputari, Cod. de Inoffic. testam. fin. col. Floria. in leg. Quae pater, ff. Fam. ercisc. 1. col. Bald. in cap. Bonae memoriae, el 1. de Postulat. Praelat. final. column. Palac. Rub. in sua repetit. fol. 91. 2. column. num. 4.

Advertendum tamen, quod in quantum Bart. & communiter DD. ubi supra tenent, quod ad hoc ut ista sententia & conclusio sit vera, oportet quod bona filii consistant in pecunia numerata: videtur falsum, & ego firmiter teneo contrarium, imò quod procedat & habeat locum in quibuscumque bonis. Primò, quia non est major ratio, quod bona filii consistant in pecunia numerata, quam in rebus mobilibus, vel immobilibus, quia utroque casu colligitur animus patris volentis de eis erogare. Secundò, quia text. in leg. fin. ff. de Petit. hered. expressè dicit, quod sumptus vel expensas, quas fecit pater pro dignitate filii adipiscenda, videtur & praesumitur fecisse de hereditate fi-

lii, quam pater possidebat & administrabat, & cum ea velle compensare: sed hereditas est quoddam jus universale, comprehendens bona mobilia & immobilia, jura, & actiones, ut in leg. Nihil est aliud, ff. de Verbor. signific. & in leg. Hereditas, ff. de Regul. jur. cum similibus: ergo, &c.

Secundò limita & intellige, praeterquam si pater, mater, vel ascendens tempore quo mittebat filiis pecunias vel expensas in studium, vel pro alia causa & dignitate consequenda, protestatus est, quod mittebat & erogabat animo computandi, vel repetendi; vel alias per aliquam conjecturam hoc possit constare, ut quia scribebat in libro rationum, vel interveniat alia similis conjectura: quia tunc aperte videtur habere animum computandi & repetendi: (f) ita probat textus in dict. leg. Quae pater filio, ff. Famil. ercisc. ibi: si non credendi animo pater misisse fuerit comprobatus, & ibi notat Bartol. & communiter DD.

Unum tamen est, quod impensae, quas pater esset futurus domi in alimentis filii, non debent conferri, etiamsi expressè vel tacitè sit protestatus: quia cum in eis praecise sit debitor à lege, & aliàs esset factururus, non debent conferri: (g) Primò, argumento text. in l. Sed & si leg. §. Quod autem, el 2. in fin. ff. de Petit. hered. ubi habetur, quod licet bonae fidei possessor deducat de hereditate sumptus & expensas quas fecit; tamen non potest deducere eas quas fecisset etiamsi non esset haeres, nec talis reputaretur. Secundò, argumento etiam text. in leg. Ex parte, ff. Famil. ercisc. ibi habetur, quod si gerens negotium commune non plus expendit quam pro se & sua parte erat consumpturus, nihil repetit à cohærede: quem ad hoc reputat singularem & unicum Alber. & notant communiter alli DD. ibi. Tertio, argumento etiam text. in leg. Castrense peculium, ff. de Castrens. pecul. ubi habetur, quod filius qui acquirit

(e) Et vide scripta in leg. Quae pater, & Aymon Cravetam consil. 85. per tot.

(f) Veluti quando magna inaequalitas inter fratres resultaret, ut refert Gregor. Lopez in leg. 5. tit. 15. part. 6. verb. Los libros, ad fin. Item etiamsi filius in litteris non profecit: quia tunc libri, & quod in studio fuerit impensum, computabitur in Legitimam, secundum Bald. & Jas. in Authentic. Quod locum, column. ultim. Cod. de Collationib. & Gregor. Lopez in dict. leg. 5. in verb. En las dispensas, & Avendañ. in respons. 16. num. 2. Matienz. in leg. 5. titul. 8. lib. 5. glos. 2. num. 6.

(g) Et idem tenet Avendañ. respons. 12. num. 2. ad fin. in Dictionar. verb. Castrense. Duenas regul. 220. limitat. 2. ad fin. Matienz. in leg. 3. tit. 8. lib. 5. glossa 2. num. 6. In qua computatione impensarum veniunt cibaria, vestes, habitatio, medicinae, calceamenta, & denique omnia quae ad victum & ad vestitum spectarent, secundum qualitatem parentum & filii, ut tradit Mantua singular. 551. Alexand. cons. 178. num. 7. cum aliis quos refert. Velazquez de Avendañ. ubi supra.

rit in castris aliqua bona, quae etiamsi non militaret esset acquisiturus, non dicuntur castrensia. Quarto, argumento etiam text. juncta sententia & doctrina Cin. Salic. & aliorum, in leg. Quoniam liberi. Cod. de Testib. ubi dicunt, quod licet pars, quae producit testes extra domum suam, teneatur eis ministrare sumptus & expensas alimentorum in eundo, stando, & redeundo, antequam pedem moveant, ut ibi text. tamen non debet ministrare eas quas testes domi facerent, etiamsi alibi non ducerentur. Quinto, argumento etiam text. juncta sententia Salic. & aliorum, in leg. Non ignoret. Cod. de Fruct. & litium impens. ubi dicunt, quod licet victus condemnentur in expensis, ut est ibi text. in leg. Eum quem temeres ff. de Judic. & in leg. Properandum. §. Et siquidem. Cod. eod. tit. tamen non debet condemnari in his quas victor aliàs domi esset factururus, si non litigaret. Sexto, argumento etiam text. juncta sententia & doctrina Bart. Alber. & communiter DD. in leg. 1. §. Si pupillis. ff. de Tutel. & ration. distrabend. ubi dicunt, quod licet tutor vel curator debet consequi à pupillo vel adulto & bonis ejus sumptus & expensas litis & alimentorum, ut probat ibi text. tamen non consequitur eas quas aliàs sine onere tutelae vel curae esset factururus: & idem probat text. in leg. A tutoribus. §. fin. ff. de Admin. tut. & ibi notat Bart. Alber. & communiter DD. Faber. in §. 1. Instit. de Tutel.

Et in expresso istam sententiam & conclusionem, scilicet, quod filius vel descendens non teneatur conferre sumptus vel expensas quas in domo patris erat factururus, licet pater vel ascendens sit protestatus quando misit in studium, reperio quod tenet singulariter solus Christophor. in §. 1. Instit. Per quas person. nob. acquir. fin. column. Nec obstat quod donatio vel traditio patris, quae fit ob causam, confertur, ut supra dictum est; ergo filius conferat etiam alimenta quae in domo patris perciperet, modò pater protestetur, modò non: Quia respondeo, quod illud est verum, quoniam talis causa non est praecise obligativa, sed voluntaria: secus vero quando est praecise obligativa,

ut in nostro casu. Nec iterum obstat si replices, quod datio vel traditio causa dotis confertur, licet sit praecisa & necessaria: Quia respondeo, quod excedit summam alimentorum, & insuper pater postea non tenetur alimentare, sed eximitur ab illo onere. Nec iterum obstat si dicas, quod istae expensae, & excessiva alimenta, quae filius recepit in studio, sunt consumpta, & non extant tempore mortis patris; ergo non debent conferri etiamsi pater contrarium sit protestatus: argumento text. in leg. Ea demum. Cod. de Collationib. Quia respondeo, quod illud debet intelligi, nisi ex consumptione filius sit factus locupletior, ut in nostro casu.

Item adde, quod praedicta debent intelligi, quando pater esset protestatus tempore quo misit vel tradidit pecunias filio causa studii: secus vero si ex postfacto; quia teneo quod non sufficeret respectu temporis praeteriti, sed tantum futuri: argumento text. in leg. Illud. in fin. Cod. de Collationib. ubi habetur, quod donatio quae non confertur, ita demum debet conferri, quando pater protestatus est tempore factae donationis. Hoc de articulo infra suo loco latius & notabiliter ponam. (h)

17 Praedicta tamen procedunt & habent locum in sumptibus & expensis datis filio in studio, & consumptis: Sed dubium est, quid in sumptibus & expensis non consumptis, sed extantibus tempore mortis patris vel matris, ut in libris, &c. Et breviter & resolutivè, comprehendendo omnia dicta DD. latissimè loquentium in diversis locis in hac materia, ista est communis doctrina & resolutio: quod si talis filius, qui libros recepit, factus est Doctor, vel Licentiatus, vel Advocatus, vel publicam repetitionem fecit, vel studium jam complevit vivo patre vel matre, vel sit factus Clericus, etiam primae Tonsurae; non debent conferri: quia jam censetur peculium quasi castrense, & habere qualitatem ejus: argumento text. in leg. 1. §. Nec castrense. ff. de Collat. bonor. text. in leg. Castrense pecul. ff. de Castrens. pecul. text. in leg. fin. Cod. de Collationib. text. in leg. 1. Cod. de Castrens. pecul. lib. 12. text. in leg. fin. Cod. de In-

(h) Quae quidem opinio licet satis confirmari videatur ex dict. infra, juxta num. 27. in fin. tamen quibusdam suspecta est. Tenenda mihi videtur eo casu, quo donatio statim valuit, eo quod filio emancipato fuit facta; tunc enim jus quæsitum filio non potest ei auferri ex supervenienti voluntate patris: text. in leg. Perfecta donatio. Cod. de Donat. quae sub mod. Cæterum si donatio non valuit, eo quod filio in potestate fuit facta, quamdiu talis donatio revocari potest, etiam habere potest locum declaratio voluntatis patris: argumento text. in leg. Juris gentium. §. Adcò. ff. de Pass. ut declarat Antonius de Butric. consil. 38. num. 5. Jas. in leg. Filiae, licet num. 8. Cod. de Collationib. Rebuffus in Privileg. Scholar. privileg. 55.

inoffi. testam. Si verò nondum complevit studium in vita patris vel matris, similiter non debent conferri, quia censetur donatio morte confirmata: Si verò ante mortem, & ante completum studium pater vel mater dixit quòd conferantur; tunc bene debent conferri. Ex quo corollarie & comprehensivè inferitur & deducitur, quòd prædicti libri regulariter non debent conferri, nisi quando pater vel mater hoc dixit & voluit in vita, & ante completum studium: Et istam sententiam & conclusionem tenet Bart. in leg. 1. §. *Nec castrense. ff. de Collat. bonor. 2. column. num. 2.* Bald. in *Authentic. Ex testamento. Cod. de Collation. 2. col. num. 6.* & ibi alii DD. Alber. in leg. *Si donazione. eod. tit. penult. col.* & ibi Paul. *fin. quest. Alexand. 8. col. num. 19.* Philip. Dec. 8. *col. num. 4.* Jas. in leg. *Filiæ licet eod. tit. per tres column.* qui dicunt hanc esse communem opinionem: Bald. in leg. 1. *ff. Solutio matrim. penult. column.* & ibi Modern. Alber. Paul. Cuman. & communiter DD. in leg. *Donationes. §. Si pater. ff. de Donationib. (i)* Adde tamen, quòd in casu quo libri debent conferri, debet intelligi æstimatio tantum, habito respectu ad tempus divisionis & collationis; non verò conferuntur ipsi libri: argumento text. junctâ Glossa in leg. *Nepos Proculo. ff. de Verb. significat. & tenet Bald. in leg. Macedoniani. Cod. Ad Maced. Salic. in leg. Filiæ cujus. Cod. Famil. ercisc. Alexand. in leg. Si donazione. Cod. de Collationib. Paul. in leg. Illud. eod. tit. Jas. in leg. Filiæ licet. eod. tit. & communiter Modern.*

(i) Item tenet Coras. in leg. *Filium quem habentem. num. 62. & 110. Cod. Famil. ercisc. Menchac. de Success. creation. §. 30. num. 204. & sequent. Palac. Rub. in leg. 17. num. 16. supra. Gregor. in leg. 5. tit. 13. part. 6. verb. Expensas. & in leg. 3. tit. 4. part. 5. Dueñas in regul. 222. Avendañ. in Dictionar. verb. Castrense & respons. 17. num. 2. Perez in leg. 8. tit. 2. lib. 1. Ordinament. glossa 2. column. 5. cum aliis, quos refert. Velazquez de Avendañ. hic, glos. 3. num. 5. & Matienz. in leg. 3. tit. 8. lib. 5. glossa 2. num. 3. Quod tamen limita cum Greg. Lopez in leg. 5. tit. 15. part. 6. verb. Los libros. ad med. & in leg. 3. tit. 4. part. 5. verb. En que aprendiesse. quando pater donavit filio multos libros ad patrociniū præstandum, vel judicandum, sed non necessarios ad discendum: nam hoc casu in Legitimam imputare, & eos conferre teneri, autoritate Odofred. & sequacium in *Authentic. Ex testamento. Cod. de Collationib. & in leg. Filius famil. Cod. Famil. ercisc.* censet, dummodò Doctor non sit, vel Licentiatus, nec vivo fratre efficiatur Doctor, aut Licentiatus: quam etiam limitationem sequitur Matienz. ubi supra, num. 5. Et circa hanc conclusionem vide Rebuff. de Privileg. Scholar. privileg. 55. per tot. ubi quatuor modis ampliat, & quinque limitat: & Matienz. ubi supra, à num. 4. ubi latè eam sententiam per conclusiones tractat. Hodie verò jure nostro noviori in omnibus casibus, in quibus donatio librorum, vel expensæ studii non computantur in Legitimam, intelligi oportet computari debere in tertiam & quintam bonorum paternorum partem, in quibus melioratus censetur filius; & si quid superest, computabitur in Legitimam; si verò excesserit, cæteris filiis tanquam inofficiosum restituetur, ut in leg. *Hac. & in leg. 10. tit. 6. lib. 5. Recopilat. ubi Matienz. glossa 2. & in leg. 3. tit. 8. lib. 5. glossa 1. num. fin. & glossa 2. num. 8. & dicitur infra num. 29. à fin. ibi: hodie autem. & ibi: ego firmiter teneo, &c. Ubi videas allegatos, & ultra ipsos Velazquez de Avendañ. hic, glossa 3. num. 4. & 5.**

Sed salva pace tantorum Doctorum, ista sententia & longa distinctio in aliquibus videtur falsa, & non tenenda, quia nullo jure probatur, nec potest sciri quando filius completit studium, vel non; item quia est donatio favorabilis causa studii: Unde firmiter teneo, quòd indistinctè talis donatio librorum non conferatur, nisi pater vel mater hoc dixit & voluit tempore donationis, sicut dictum est in alimentis. Pro quâ mea sententia & conclusione facit text. notabilis & expressus in leg. *Si filius famil. Cod. Famil. ercisc.* ubi habetur, quòd sicut peculium castrense dicitur illud quod pater tradit filio jam militi existenti in castris, ut in leg. *Castrense pecul. ff. de Castrens. pecul.* ita illud quod tradit filio eunti ad castra: & per illum text. sic ponderatum in nostra quæstione tenet ibi Odofred. idem Odofred. in *Authentic. Ex testamento eod. tit. 3. column. in fin.* idem Odofred. in leg. *Si donazione. eod. tit. 1. col. Cin. in leg. Filiæ licet. eod. tit. fin. quest.* Glossa ordinaria, quæ sic debet intelligi, in leg. *Quæ pater filio. ff. Famil. ercisc.* Glossa etiam ordinaria in leg. *Filiæ cujus. Cod. eod. tit. & idem expressè probat & disponit lex 5. tit. 15. 6. part.* quæ expressè æquiparat libros & expensas factas in studio, & simpliciter & indistinctè dicit utrumque non conferri.

18 Sed juxta prædicta se offert pulchrum & notabile dubium, an pater teneatur sumptus & expensas, & omnia alia necessaria ministrare filio volenti studere, & ad hoc possit per filium

illum compelli? Secundò, an eo casu, quo filius missus est in studium, & de voluntate patris cœpit studere, teneatur pater perseverare, & necessaria filio ministrare quousque perficiat studium? Tertio, an mortuo patre teneantur fratres, ejusque cohæredes ad prædictos sumptus & expensas, omniaque necessaria? Et breviter & resolutivè respondeo quoad primum, quòd pater non tenetur sumptus, & expensas ministrare, filio volenti studere contra voluntatem patris, nisi tantum in disciplina grammaticali, si filius habilis sit, & aptus ad hoc, quia est quasi necessaria, & ad omnia ferè communis & generalis: in alia verò scientia non tenetur. Quoad secundum dico, quòd pater qui misit filium in studium, non tenetur perseverare, & alimenta, & alia necessaria sibi ministrare, quia ad illud onus, & officium nullo jure tenetur: & licet teneatur alimenta præstare, tamen intelligitur in domo propria, & non alibi. (k) Qua ratione similiter dico, quòd mortuo patre, non tenentur alii fratres, ejusque cohæredes prædictos sumptus & expensas ministrare: quia cum pater non teneatur, similiter nec ejus hæredes: argumento text. in leg. *de Bonis, §. Non solum, ff. de Carbon. edict. textus in leg. Qui filium, ff. Ubi pupill. educ. deb. textus in leg. Et si filium, ff. de Munerib. & honor. textus in leg. Si filia, aliàs: Si uni, §. Idem scribit, ff. Famil. ercisc. & in effectu ita tenet Bart. in leg. *de Bonis, §. Non solum, ff. de Carbon. edict. idem Bart. in leg. 1. §. Nec castrense, ff. de Collat. bonor. pen. column. numer. 12. idem Bart. in tract. de Duob. frat. penult. column. 3. quest. Bald. in leg. Omnimodo, §. Imputari, Cod. de Inoffic. testament. fin. column. idem Bald. in leg. Filiæ cujus, Cod. Famil. ercisc. 5. column. num. 12. 4. quest. Salyc. & alii DD. in leg. Macedoniani, Cod. de Macedon. Jas. in leg. Quidam cum filium, ff. de Verbor. obligat. 12. column. num. 33. Modern. in leg. Si donazione, Cod. de Collationib.**

19 Septimò infero, & quæro, si pater vel mater expendit vel solvit aliquid pro filio, pro redimendo eum ab hostibus, an conferatur? Et breviter dico quòd non, quia videtur solvisse ex affectione & pietate, & non animo repetendi: text. est in leg. *Liber captus, Cod. de Captiv. & postlimin. revers. & ibi communiter DD. & per illum text. ita tenet Bart. in leg. Stichus, ff. de Pecul. legat. fin. col. Angel. de Perus. in leg. In quartam, ff. Ad leg. Falcid. 4. column. num. 6.*

(k) Sed si pater esset dives, posset compelli etiam ad alias disciplinas alimenta filio suppeditare, ut tenet Reb. de Verbor. signific. verb. *Victus, num. 45. & verb. Dicerem tamen. Cornel. Benedict. de Paupertate, & ejus privilegiis, quest. 8. num. 33. tom. 18. Tract. fol. 149.* Anton. Gomez. in Leg. Tauri.

Bald. in *Authentic. Ex testamento. Cod. de Collationib. 6. column. num. 12.*

20 Octavò infero, & quæro, si pater vel mater solvit pro filio pœnam pecuniariam, in qua fuit condemnatus propter maleficium, an teneatur conferre? Et dicendum est quòd non, quia videtur solutum causa pietatis: præterquam si solvisset ex necessitate, quia esset fidejussor: vel nisi filius haberet bona adventitia, in quibus pater esset legitimus administrator; quia de eis videtur solvisse: argumento textus in leg. 1. *Codic. de Negot. gest. textus in leg. Liber captus, Cod. de Capt. & postlimin. revers. text. in leg. Is qui, ff. de Negot. gestis, textus in leg. Nesennius, eod. tit. text. in leg. Post mortem, ff. Quando ex facto tutor. textus in leg. Cum post. ff. de Administrat. tutor. Et in expressò ita tenet Bart. in leg. Stichus, ff. de Pecul. legat. 1. column. numer. 2. Bald. in *Authentic. Ex testamento, Cod. de Collationib. 6. column. num. 13. Angel. de Aretin. in §. Actiones autem de Peculio, Institut. de Action. 4. column. num. 10. & hanc dicit magis communem opinionem Alexand. in leg. In quartam, ff. ad leg. Falcid. 12. column. num. 23.**

21 Nonò infero, & quæro, an militia, quam pater vel mater emit filio, vel æstimatio ejus debeat conferri? Et breviter & resolutivè dico, quòd militia in materia nostra est dignitas, seu quoddam officium publicum, ex quo aliquod commodum annuatim percipitur: ut in leg. *Lucius, la 1. ff. de legat. 2. & in leg. Fidei ommissa, §. Si servo, ff. de legat. 3. & in leg. penult. eod. tit. & in leg. final. Codic. de Pignorib. & in Authentic. de Exhibend. & introduc. reis, cap. Optimum, collat. 5. & utrobique DD. Quo præsupposito, dico: quòd aut quæritur, an ipsa militia seu officium conferatur? Et dico quòd non, quia est quoddam jus merè personale & indivisibile, & non consistit in patrimonio, nec principaliter respicit commodum pecuniarium, ut probant prædicta jura. Aut quæritur, an æstimatio, & valor ipsius militiæ conferatur? Et hoc casu distinguo: aut militia est talis, quæ non potest vendi, nec ad hæredes transmitti; & non conferatur: text. est in leg. 1. §. *Sed an id, ff. de Collation. bonor. Cujus verba sunt Sed an id, quod dignitatis nomine à patre datum est, vel debetur, conferre quis in commune cogatur videamus? Et ait Papinianus lib. 13. Questionem: Non esse cogendum, aut militia es talis, quæ potest vendi, & ad hæredes transmitti; aut ven-**